

Stockflecke

G. f. 120

Theol. R. VIII. 367^{641.}

17

EXPLICATIO *ἐλεγκτικὴ*

Evangelii Dominicæ secundæ Quadragesimæ sive Reminiscere.

Quam

DEO DUCE

P R E S I D E

Dn.

JOHANNE GERHARDO
DOCTORE ET PROFESSORE.

Theologo, p.t. Academiar. Jenensis Re-
storer, & Theol. Facult. Decano.

S u o

Patrono & Preceptore honorando,

Publicè

ad disputandum proponit

MICHAEL WALTHERUS
NORIBERGENSIS.

Addicem Decembris.

ANNO M. DC. XVII.

J E N Æ

Typis TOBIÆ STEINMANNL.



שם יחוּרָה

EVANGELIUM DOMINICÆ REMINISCERE.

Matthai cap. 15. à vers. 21. usq; ad 29.

Marcii cap. 7. à v. 24. usq; ad 31. exclusivè.

THESES PRIMA.

Ecclæsia sub CHRISTI vexillo militans verissimè dicitur, *Lilium inter spinas Cantic. 2, 2.* Quid enim aliud tora hominis vita super terram, quam perpetua militia? *Job. 7, 1.* Hostem fovemus intra nos, veterem nempe Adamū & carnem, quæ suis deliticiis & cupiditatibus pugnas aduersus Spiritum Gal. 5, 16. Hostem videmus circa nos, Mundum, qui totus in maligno positus i. *Job. 5, 19.* de quo cum non simus, propterea suis sive pressuris nos premit & odit *Iohann. 15, 19.* sive blandimentis seducit. Hostem deniq; habemus supra nos Diabolum, Principem illum aëris *Ephes. 2, 2.* cui statim in Paradiso posita sunt inimicities *Genes. 3, 15.* hic omnium est deterrimus, perniciosissimus & impudentissimus. Deterrimus est, quia quicquid reperitur malorum, ortum ab eo trahit: perniciosissimus est, quia acutis ignitarum tentationum spinis fragrantissimum fidei lilium radicitus extirpare dolose annuitur: impudentissimus est, quia nemini hominum parcit, ipsissimum quippe Salvatorem nostrum tentando adorari non erubuit. Precedenti Dominica tribus integris vicebus venenata tela sua in eum evibravit; in hoc praesenti Evangelio ex fæmine sexu filiam Chananæ corporaliter obsedit; sequenti Domini cā virum aggressus est, quem surdum & mutum effecit. Verum, enim verò ubique parùm proficit, pugnat contra ipsum cœlestis

Praelogiis

A 2

Michæl

*Actib. 18. Apoc. 12, 7. Angelus ille faderu Malach. 3, 1. Leg de tribu Iuda
Apoc. 5, 1, qui 1400 venit in hunc mundum, ut opera Diaboli defruat
1. Job. 3, 8. nosq; de potestate concubinarum eripiat. Coloss. 1, 13.*

II. Videre hoc ipsum est, in filia mulieris cuiusdam ob-
fessam, ex quâ Diabolum potentissimè ejecit, eamq; sanitati integrâ
restituit. Quamvis autem fortissimus hic *Samson* adversus Sata-
nam, internalem Philistæum, semper prævaleat, & victor evadat
glorioſissimes, audiemus tamen in præſenti Historiâ novum pu-
gnandi genus, in quo ab infirma muliere vincitur, non quidem scien-
tiâ aut potentia, sed fide, oratione atq; lachrymis. Hoc *Samson*

Propositum. duellum, hac vice in timore Domini paucis considerabimus, to-
tamque textus enodationem tribus complectemur partibus perlu-
stratur. 1. Pugnantium descriptionem. 2. Tergeminam confutationem.
3. Victoriae reportationem.

Christe potens rerum caelesti ovd gove Patri.

Anne, que asseritur gloria, sola tua est.

Membrum. III. In singulare certanien hodiè descendunt *dua personæ*,
primum. notari dignissimæ, multis tamen modis impares. *Vna dignior*
de personis est, *Iesus Christus*, qui Deus est saper omnia benedictus in secula. Rom. 9, 5.
pugnanteis. verusq; homo natus ex semine David secundum carnem Rom. 1, 3. separa-
tus autem à peccatoribus Hebr. 7, 26. Altera indignior, fœmina qua-
dam gentilis, peccatrix, gravissimâ erucis mole valdè admodum
onerata. Ambas hasce personas *Evangeliste* duo priores secundum
præcipuas circumstantias more suo descripsierunt, quas ex textu ac-
curatius eruere non erit operæ dispendium.

Personæ. IV. Circa primam personam observandum 1. quâ occasione ad
prior. futuram pugnam venerit. Colligitur hoc ex diligenti collatione
3. Occasio. & narratione eorum, quæ paulò ante ab *Evangelistis* ponuntur. Christus haec tenus doctrinam suam Judæis magnâ cum autoritate proposuerat, eamque divinis plane miraculis clarissimè comprobaverat, ipsi vero non tantum calumniabantur dicta & facta eius, sed etiam nefando crimine ipsum è medio tollere & interficere animum induxerant: hac causa Christus motus post hac in Galilaea versari maluit. *Joban.* 7, v. 1. Alt nec ibi diutius poterat tutus præ cæteris astutiores, ut eum in sermonib. suis caperent, si quam forte causam arriperent neci, in quam consenserant, prætexen-
dam.

dam. Commodè autem accidit, ut viderint discipulos ejus eōm
manibus illetisvē manibus panes sumere, quos ob idipsum gra-
vius accusabant Matr. 7, 2. Disputatio hinc excepta est, de Traditioni-
bus seniorum, quas illi rigorosē observabant; hanc Christus emulsi
adversariis, turbā congregata suisq; discipulis prolixē declarat,
quod uterq; Evangelista studiosē commemorat.

V. 2. Unde & quo tempore. Surgens itaque Salvator abiit,
relictis Judæis, quorum impia doctrina offensus erat, & è Galilæa,
sive terrâ Genezareth secessit, quod incidit in trigesimum tertium
aerae annum, in initium tertii anni prædicationis suæ, post tertium
Paschæ ejus, notante Baronio & Salmerone.

VI. 3. Locus quo abiit, est vel generalis, vel specialior. Ille no-
tatur à Matth. vers. 21. eis rā pīgī in partes aut regiones, Marcus vocat
Tyri & Sidon; quod Beza & Erasmus vertunt, in confinia, Vulg.
in fines, syrus per singularem תְּהִוָּתְהַנְּסֵן in confinium sive termi-
num. Tyrus & Sidon civitates erant Phœnicia, maritimæ, anti-
quissimæ, vicinæ Galilæa Septentrionem versus, monti Libano
proximæ, ut narrant Augustinus & Hieronymus, fuerunt celebrissi-
ma & munitionissima emporia, quorum sēpius injicitur mentio, tam
in Sacra Iosue 11. 1. Reg. 17. Esaie 23, Ezech. 26, 27, 28. Matth. 1.
Act. 12. quam profanis Scriptoribus, Plin. libr. 5. cap. 19. Sirabo l. 16.
Urbes hæ Ethnicon erant, Tyrus quidem præstantior & opulen-
tior Sidone, in alto mari sita septingentis passibus divisa, ab
Alexandro Magno eversa est, cui restiterat propter bellum cum Da-
rio geltum, teste Curtio lib. 4.c. 16. postea vero denuò ædificata. Sie-
don hodie solo prorsus aquata est, extracta olim & nomen.
accepisse perhibetur à maximo natu filiorum Chanaan, qui nepos
erat Chami Sidon vocatus Genes. 10, 15. Justinus libr. 18. ab ubertate
piscium vult civitatem istam appellari, pisces enim refert Phœni-
cibus vocari Sidon, alleg. Drusio in Com. priori ad voces Hebr. N. T. p. 16.

VII. In viciniam harum urbium Christus se recepit, sicque
apud Gentiles divertit, juxta communem omnium ferè interpre-
tum. Theophyl. Jansen. Salm. Granatensi. opinionem. Displacet hoc
Maldonato, qui in 1. Tom. Com. pag. 321. contendit, Christum tantum
venisse in fines Galilee & Phœnicie, ubi Tyri & Sidon erant sitæ, ac
proinde negat, Christum in terram gentilium abiisse, hoc ipsum enim
probibuerat suis Apostolus Matth. 10, 5. quod nec ipse fecisse putandus est.

2. Tempus.

3. Locus gen-
eralis,

Disceptio ad
Gentiles.

Subscribili sententia huic Beza in anno lat: super 7.c. Marti, inquietens
Intelligit Evangelista per ^{per} extre^mos palestinae fines, quibus à Tyro &
Sidone, id est, à Pheniciā dirimuntur, quod annotare placuit, ne quis existi-
met, dominum in eam venisse regionem, quae inter Tyrum & Sidonem inter-
cedit, quod opinatur Erasmus, neq; enim Palestina fines unquam est eges-
sus. Verū ut ad hanc rationem prius respondeam, Christus eō sele-
recipiens fines Palestinae egressus non est, nam & illa ipsa regiū-
cula Syrophenicia dicta, spectavit cum dictis Civitatibus ad terram
promissionis, quamvis Judæi has nunquam obtinuerint. Interdi-
ctum. Apostolis datum quod urget Mald. non est ^{προς την θεοτοκην}, Christus enim 1. lege ista solutus fuit. 2. Spectabat publicam saltem
prædicationem ad tempus aliquod dilatam, non autem externam
privatamque conversationem alias enim sèpè per Gentilia loca
ambulabant, vide Joha. 4. 3. Extendebat ad illas gentes, quae
habitabant extra promissionis territorium.

Specialis.

VIII. Specialis locus exprimitur à Marco v. 24. Ingressus est in
domum, ^{εἰς τὴν οἰκίαν}, cuius qui hospes fuerit, ignotum est. Beza ar-
ticulum Græcum expunctū cupit, ne quis opinetur, hanc domum
eam fuisse, in qua Christus habitare consueverat, quam sibi domi-
ciliū in urbe Capernaum delegerat, ideoque ^{τοιχίος εἰς οἰκίαν} non
opponi dicit ^{τῷ αὐτοδοκεῖν}, quod peregrē à domo abesse significat,
sed declarare ^{οὐ καταλύειν}, quod est divertere seu hospitium cape-
re.

4. Causa
finalis.

IX. 4. Cur hoc concesserit Christus? Jansenius in Concor. cap.
61. dicit, hanc præcipuum causam habere, ut significaret gentium,
quam sciret, vocationem, pertaſus infidelitatem Judaicam, & ve-
luti prælagium quoddam edens ejus, quod post erat futurum, in-
struensq; Apostolos quid aliquando essent acturi, quomodo nim-
item post ipsius resurrectionem, Judæi resistentibus Evangelio,
ad gentes essent transiunt. Quidam hanc potissimum ob causam
eo venisse dicunt, ut à Dæmonio filiam Chananæ liberaret,
adeoque sanandi gratiā cùm præconii tempus nondum aderat,
Salmeron & alii. Marcus refert, quod hoc neminem voluit scire. Qui-
dam ideò latuisse dicunt Dominum, ut averreret calumnias Ju-
deorum, quibus ipsum accusare possent, quod ad inimicas gen-
tes præcurrerit, Theophyl. in Enarr. c. 7. Marci. Alii ideò, ut quiesce-
ret paululum, Euthymius & alii. Et si verò certis de causis occulta-
ri v-

ri voluerit, subjungit tamen Evangelista; quod non potuerit ^{xiiij} ex quo nominis ipsius celebritatem & famam dijudicamus, quem tamē verba nullā absolutā important ^{adversarii}, quasi Christus? simili- citer non potuerit latere, Deus enim facit, quecumque vult; Psalm. 125.
3. ^{ora} dicitur, ^{vix} inquit Damascenus. Sed intelligenda sunt de di- spersione ministeriorum ipsius, sive de tali voluntate, quali frequenter vexit miracula sua prædicari; Breviter, voluit latere, sed compulit eum misericordia, nē omnino lateret.

X. Circa alteram personam observandum i. appellationis Personam a
ejusdem varietas. Mulier erat, quæ olim relicto Deo Dæmonem,
lequebatur, nunc relicto Dæmons Deum veneratur. i. Matthæus i. Appella-
nominat illam Chananaam (præmittens adverbium demonstran-
tio, Chananae
dū id est Ecce, quo majorem excitat attentionem ad id, quod admi-
ratione dignissimum referendum proposuerat) respectu prosapie
& generationis, erat enim ex posteris Chananaeorum maledictis
illis gentium reliquias, de quibus licet Judæi mandatum habe-
bant, ut delerent & occiderent eas, funditus tamen simul dele-
tas Deus nec voluit, ut nimis Iudaicæ hostes superessent,
quibus exercerentur, *Judic.* 2, 3, ut quæ ex illo infami hominum
genero quosdam reservaret Ecclesia sua temporis progressu asso-
ciandos, nec populus delere potuit, utpote post reditum ex Ba-
bylone ad paucitatem redactus, & insuper sub Romanorum po-
nitatis post constitutus. Quidam mulierem nostram ideò Chana-
naam dici volunt, quod oriunda fuerit à Cana, quæ oppidum erat
tribus Affer in illo tractu situm. Sed Orthographia repugnat,
nam Cana ista per scribitur *Jos.* 19, 28. Gracè per x fire c nostrum
non-aspiratum. *Johan.* 2, 1, 11. Terra vero Chanæan per Gen.
10, 19. *Exod.* 23, 28 & pañim, Gracè per x æquipollens nostro
ch, quo posteriori modo ab Evangelistis scribitur, idem *Syrus* ob-
servat, cui dicitur כנעני. 2. Marcus nuncupat Ἰαννίδης Græc. Græca
eam, quod vertit *Vulgata* genitilem, ratione virtutis & religionis, non pro-
pter linguam, ut aliis vixum est, Judæi enim cæteras gentes omnes
fidei professione à constitutis Mosaicis discrepantes habebant pro-
genitilib. sicut ipsa S. Scriptura plurimis locis universum populo-
rum orbem in Iudeos & Græcos dividit, quod procul omni dubio ab
eo scilicet, quia olim Orbis Monarchia penes Græcos fuit, qui terum
etiam

Syrophes
nissa.

etiam apud Syros potuerant, Jan. l. all. Ethnica igitur fuit hæc mulier, cui tamen rumor de Messia non poterat ignotus esse, maximè apud Tyrios & Sidonios, quos inter vivebat, nam multi jam antea idumæ illæque locis ad Christum convenerant, celebrem illam concionem Marc. 3. Iuc. 6. audiverant, & quæ edebat miracula, conspexerant, unde plerisque etiam de facie notus fuit. 2. Praeterea Marco dicitur Συροφίνια, Veteres quidam Codices legunt οὐραπούσα, Complut. οὐραπούσα, quorum altero videtur totum quid significari, altero verò pars ejus, ex mente Beza. Syria reddit, ex Syria Phænicie, discrepantia est levis, sensus idem. Dicitur ita ratione pœtricæ & habitations. Syria nomen latè patet, ita ut simul Babyloniæ & Mesopotamiam complectatur Plin. lib. 5. c. 12. in qua provinciæ sunt multæ, & inter eas Phænicia, tanquam pars Syriae, trans Libanum ergò quicquid Phænicia est, Syria circumfundit & e terræ Phænicies appellarentur, ut in Asia Gallograci, in Africâ Libyæthiopes &c. Vide Salmer. p. 188. col. 2. Tom. 6. de miraculo Christi, & Jansen. p. 404, quibus tamen nonnulli discriminis hac in parte intercedit.

2. Calami.
144 sive af
filiis.

XI. 2. Domestica calamitas. Femina hæc dum nullâ afflictione premitur, frigide admodum curat Christum, ipsiusq; gratiam, cum igitur arux optimum sit Pharmacum ad salutem, Nazarenæ Deus mittit concionatorem, Diabolum per filiam obscuram loquentem, quæ cruce urgentissimâ aditum ipsi ad se pandit. Quod verò ad ipsam calamitatem spectat, mater eam significantius exponit, cujus verba Matthæus ita effert, in quo dñe natus dñus esset. Marcus ipse sic effatur, dñe natus rægnum regni adest, ut dñe in origine adest. (nota id est sumum Hebreicum, quo pronomen relativum auctæ pleonastice ponitur, id est in Complut. non habetur.)

XII. In tam acerbâ afflictione, ut eò rectius percipiatur, no-
tabimus, subjectum genu & madam ejus. Subjectum est geminum, geninum, unum condolens sive mediatum, quod patitur internè & spiritualiter, mater nimirum tristissima, tanto ægrius hoc malum ferens, quando filiam habebat chariorem, quanto dolor ejus gravior, horribilior, acrior. Alterum sustinens & immediatum, quod patiebatur externè & corporaliter. Filia nempè quæ fortè unica matris fuæ, & quidem non usque adeò provecta atatis, sed tenella, etenim Marcus vocat eam, γοράτιον filiolam, unde Syro dicitur טרִפָּה בְּרַת adolescentulus filio.

filia seu puella. Genus calamitatis, quo cum conflictabatur misera non Genus.
fuit rei familiaris jaētura, non morbus quispiam vulgaris Epilepsia,
Apoplexia, Febris &c. qui omnes cæteroquin satis sunt graves & mo-
lesti, sed corporalis diaboli obſeffio, qua homini in hac vitâ nihil inco-
lerabilius, nihil horribilis obtinere potest. Marcus vocat *megethe-*
and aegro, impurum, immundum, furcum & scelerum spiritum, vid. Scap.
in Len. in voce. *ad aeg.* Afflictissima, mater tam tragici casus *ad mortales*,
valde impetuoso rem proloquitur filia mea *ad eum*, diabolizatur,
à diabolo tenetur & possidetur, ut iterum scapula exponit, Nori qui-
dam Interpretes male vertunt furiā vexatur, sic enim ex motu supra-
naturali, sive malo, quod prater naturam est, morbum, constituant
naturalem, rectius longè Vulgata, à dæmonio vexatur, licet crassus, Beza
agit, Lutherus, wird vom Teufel geplagt, magnus quidam Theologus, qui
nunc ē reis, ayios in suis prelect. optimè reddit, quod Græci uno
verbo efferunt, Sie wird durchsetzt/der Teufel hat sein Folter / sein
Strickeband in vnd an ihr. Hinc facile appetere modus exagitationis *Modus.*
hujus, quem mater amplius depingit vocula *xaxas*, quod *Vulg.* ver-
tit, *male*, Erasmus, *miser*, Tremellius, *peſſime*, ex Syro adverbio
quod est à *WNK* quæ radix Syris significat, *xaxas* r̄ba malè aliquem
trastare. Modum hunc abominabilem & truculentum D. Poly. Ly-
serius in Harm. cap. 80, his verbis describit, Diabolus ora possessorum cir-
cunagit, Spiritum intercludit, lingua ex faucibus procul ejicit, ut à faucibus
videantur avulse, colla contorquet, oculos extra caput protrudit, aut in capite
torum versat, totum denique corpus convolvit & instar pile circumrotat.
Hæc iste. Deploranda sanè conditio, quæ adamantina corda non-
potest non efficaciter movere, miserrima hæc est captivitas, qua
Dæmon est Dominus, homo servus, cuius comparatione nulla di-
cenda est illa captivitas, qua fidelis quispiam à Turca opprimitur,
in ea enim manus & pedes ligantur, in illa intellectus & voluntas,
quæ sunt animæ vires. Quis hic non miretur rabiem diabolicam,,
& concessionem divinam? Concionatur tam triste spectaculum 1. de
restu peccati, quam illud sit abominabile. 2. de tyrranide Satana. 3. de
præstantia redēctionis Christi, qui solus nos ex illa eruere valet. 4. de
miserrimo statu damnatorum apud inferos. 5. de necessitate precum & vi-
gilanti Christiane. 6. de diris imprecationibus, quibus nonnulli diabolum
invitant, &c.

XIII. 3. Gestuum humilitas, mæstissima mater quantum tan- 3. *Humilia-*
B gatur tio.



gatur misericordia & vix cogitando alloqui, nōdum sando
proloqui valemus; Testatur luctum suum & fitionissimam sanita-

Egreditur, tis & salutis filiae voluntatem 1. à finibus egrediendo, non expe-

ctans transitum Christi, ut duo cœci Matth. 20, non mittens nuncios

Inquirit. ad eum, ut sorores Lazaris Ioh. 11, sed ipsa iatus tracta venit. 2. Medi-

cum verum inquirendo, non consulens superstitiones aniculas, non

exorcismos, peculiares adjurations, aliae media illicita, quibus

Ethnici alias Dæmonia pellere præsumebant, sed medicum Israëlin, qui

ipse de se dicit: קָדוֹשׁ רַבָּנִי Ego sum Dominus medicus tuus

Convenit. Exod. 15. v. ult. 3. ipsum conveniendo, quod ubi primum sit factum,

dissonantia quedam apparet inter Evangelistas. August. l. 2. de con-

sensu Evang. c. 49. dicit, mulierem primò in domo suppliciter exo-

rasse, ut Marcus habet, Dominum autem nihil respondentem mox

egressum de domo illâ, & tunc in via contigisse, quæ solus narrat

Matthæus. Alij dicunt, prius hanc mulierem euntem per viam

Christum fuisse secutam, & post clamasse discipulosq; dixisse, Di-

mitte illam, quia clamat post nos, tunc in dominum ingressum, utili-

Ians. p. 404. col. 2. Hæc sententia vero est similior, alijs oportet ali-

am esse prostrationem, de qua Marcus, & aliam, de qua Matthæus agit,

hancq; extra domum contigisse, illam in eâ, cum tamen uterque

Evangelista mulieri in terram prostrata idem à Domino datum re-

sponsum facetur. Gravissimè igitur hallucinantur, qui ex his & ne-

scio quibus circumstantiis alijs non probè expensis, evincere fata-

gunt, prorsus aliam esse historiam Chariæ à Matthæo. aliamq; ire-

Membrum rum à Marco descriptam, absq; omni solidi fundamento. 4. Et ac-

II. clamando, clarè prodens desiderium & fervorem suum, quo ad-

De pugna promatrius auxilium Christum solicitaret, quid enim aliud faciat;

ipso. nisi ut clamaret, qua tanta mala patitur? Hæc tenus descriptio personarum

X. Iam utraq; spiritualis militiæ persona in arenam

descendit, classicum accinuit & arma committuntur, utring, tripli-

cia, singula ad singula ab utrâq; parte, nisi quod mulier in primo O-

pellatione adjuta cum Christo concurrat.

Congressus X. Primum telum ad expugnandum Christum emititur à

primus. calamitosâ muliere, quod est precatiōis artificium, cui à Christo oppo-

Mulier in nitur, altum silentium. Oratio mulieris brevis quidem est, sed inge-

ratio. nua;

num, sed artificiosissima, sed ex latimo corde ducta, creberimis ge-
nitibus, dectibus &c singultibus intermixta. Miserere, inquit, mihi,
Domine Fili David, filia mea miserè à Dæmonio agitatur. Breve verbum,
sed magnum pelagus confessionis! exclamat Basilius. Proponit enim
rite precan di causam formalem & finalem. Orat 1. Sapienter, dum con- Sapiens.
surgit ad verum Orationis objectum, qui est solus Christus isq; totus,
vocat eum Domînum agnoscendo ipsius Deitatem & potentiam, vocat
Davidis filium, intelligendo Humanitatem & clementiam, sicutq; verum
Deum & hominem. Sicut enim regis dñe regis in una persona, una adoratio
ne veneratur & invocat, cui etiam data est potestas, ut filio hominis Da-
niel, 7. 14. 2. Orat Ardenter, dum exprimit cordis sui affectum; in oratione misericordie
miserere mei, toro exclamat pectore, nullam suam allegat dignitatem
aut meritum, sed ad solam & gratuitam Christi misericordiam appell-
at, miseriā filiā suā ex pietate & materno amore propriam re-
putans, reminiscere & miserere mei, non filie, nam hæc infensa jaceret,
ego vero cruciatu ejus crucior & mille vexor ærumnis. 3. Orat si- Fidelis.
deliter, dum sperat felicem effectum, credit Christum posse & velle au-
xilium ferre, posse, quia Deum, velle, quia Messiam esse agnoverat.
4. Orat urgenter, dum attendit bonæ cause respectum, filia mea, ait, misere- Urgens.
rū dæmonio vexatur, nemo certè alias, præter te, eam liberare valeret,
merito igitur in tantis angustiis constituta te, bone Christe, compello.
5. Orat perseveranter, licet sepius repulsam tulerit, scit n. ex uno iectu Conflans.
non cadere arborem, sed opertere semper orare Luc. 18. & non desicere.

XVI. Quid igitur ad tam flebilem vocem Christus? 3
(πάτερ ἀνθρώποι, δικιταῖς τοῖς αὐτοῖς, δικιταῖς τοῖς αὐτοῖς, δικιταῖς τοῖς αὐτοῖς)
ponitur more Hebreorum, qui sermonem pro re indeterminata Christi Ta-
accipiunt, sicut & Græci in illo dicendi genere, citurnit, εἰπεν πόλεις, προ λογίους
O inauditam rem, contra ingenium & morem consuetum! Verbum
Patris non loquitur, Sapientia Dei nihil responderet, Medicus non curat,
fons misericordia averatur miseriā, qui non quærentes vocat, se
invocantes respuit. Si nolentes etiam compellit, inquit Origenes, qua-
re non suscipit deprecantem? Tentatio hac primo intuitu profecto
acerba videtur, quæ absq; dubio varias & pendulas cogitationes in-
calamitissima matre pullulare fecit, & afflictionē afflicte addidit.
Sed Salvator hujus silentij & moræ suæ causas habuit gravissimas.
(Er weis wol wenig am besten ist / und braucht an uns kein Augenlid! das
höhn wir ihm vertrauen. Non ex superbia Pharisæicâ, nec Scribarum,

superciliosus tacuit, quasi eam exaudire & juvare noller, eventus namque refragatur, sed ut fidem mulieris probaret, patientiam exploraret, constantiam declararet nobisq; vivæ solidæque fidei exemplar demonstraret. Vbi enim non statim exaudit ad heram, non contemnit querentem, sed exercet petentem. August. in Psal. 65. Quemadmodum causa universalis effectus facit contrarios, verbi gratia, Sol ceram liquefacit, lumen indurat, ita Christus intus loquebatur, extra restringere videbatur. in Euseb. Orig. & Xerap. in Iean., Domini silentium, erat Chananeæ encōmium, ait Basilus in Orat. 40. in Chan. Chrysost. Hom. 44. in Gen. sic scribit, sciebat Dominus reconditam marginam, quam latere nos solebar, idcirco differebat, nec responso dignabatur, ut posterior omnibus mulierū sedulius magna foret doctrina.

XVII. Hoc tamen tentationis genus declinat insignis illa athleta partim patiētiā, partim precium perseverantia; nam votum suum non cessat ingeminare, quod inde liquet, quia discipuli dicunt, clamat post nos, ideoq; vel importunitate clamorū istius, vel misericordiā commoti (non enim opus est, scrupulosius disputare, de affectione & intentione discipulorum, quā tum fœminam sūnt prosecuti) intercedunt apud Dominum, sed mulier dubium & durius fert responsum.

Congressus: XVIII. Secundum ergo telum pro parte mulieris est discipulorum interpellatio, cui à Christo obtenditur, particulari vocatio. Dimitte Alter. Discipulos illam, dicunt Apostoli, hoc est, amanda, expedi, in Graeco enim est rum Intercessio. Quo ipso quidem Domino sermonem extorquent, ita tamen, ut data responso non tantum videbatur, nihil facere ad fœminæ consolationem, aut filiae liberationem, verum quoque omnem gratiam & opem denegare. Non sum missus nisi ad oves perditas domus Israel. Missus sum à Patre meo, non nisi, id est, tantum ad oves perierunt, Syria legit, que errarunt è domo Israel. per oves perditas intelligit metaphorice populum Iudaicum qui perditus erat, non tam ratione naturalis depravationis, quam misera seductionis, erat quippe Pharisaicis traditionibus & cœlestis doctrinæ corruptelis extrémè seductus, veluti ovium grex idoneo pastore destitutus. Matth. 9^o. 36. vocatur domus Israel, quia ab uno parente & familia Abraham pariter descenderat.

XIX. Hæc sane verba apparent mera fulmina, pariuntque tentationem priori acerbiorē & turbulentiore, poterat enim mulier subsumere, Ego non sum de ovis perditis Israel. Ergo frustra auxiliū imploro.

implore. Verum enim verò ut ut austera videtur responsio, non tam
men Christus opem ferre detrectat, neq; verbis hisce à gratia re-
gnis sui participatione fœminam excludit, sed fermocinatur, de
officio *Allegorius*, quod particulare, quo missus erat ad Evangelium prædi- Officium
candum, editisq; miraculis confirmandum, cuius initium fieri debebat duplex.
apud Iudeos Esa. 2. 3. Act. 13. 46. Hinc appellatur Christus *Allegorius*.
Ecce Rom. 15. 8. Non autem loquitur de officio futuræ suæ dicitur qd;
quo missus est ad redimendum, hoc namq; officium est *Universale*:
ex quo ad omnes omnino homines, nullo, nullo penitus excepto,
Iudeos pariter & gentiles pertinet. (Postulat etiam verba ista pro na-
tura subjectæ materia ~~magis~~ intelligi, Dominus enim tentatorem
hic agens ita vult tentare, id est, explorare Syrophænissæ constanti-
am, D. Först in *prælect. Evang.*).

X X. Quantumvis autem hæc sublimiora sint, quam ut tum
temporis vel ipsi Apostoli, nedum fœmina intelligere potuerint,
nihilominus tamen & hanc tentationem patienter excipit, surdis
quasi auribus præterit, adeoq; in *ἀρπῆ* pugnæ hujus constituta nova Congressus
arma trahit, tertiumq; telum: ejaculatur, quod est *confidentia & summa Ultimus,*
demissio, cui à Christo opponitur indignitatis exprobatio: demissionem *Mulieris fie-*
& humiliationem fœmina Marcus sic explanat, accidit ad pedes ejus, Mat- *ducialis de-*
miffio.
thaus, si veniens adoravit eum, dicens *Ἄγε Βαρθολομαίῳ, Domine succurre mihi,*
græcum verbum significat ad vocem alicujus accurrere auxiliū ferendi gra-
tia, quod alias *bonorum* vocant, notante Erasmo, unde summa multieris
fiducia & confidentia eluebitur, et si enim, vult dicere, optime Christe
ad nos missus non sis, venientes tamen ad te non ejicies foras,
Joh. 6. 37, quo longius tu à me recedis, et propius ego accedo, ad te
ve no, ante te procumbo, te adoro, adjuva me. Ecce tam altas radices in-
corde ipsius egerat concepta in Christum fiducia!

X XI. Respondet Christus iterum inclemens, & non sine *Opposita in-*
aliqua ignonimia nota. Sine prius saturari filios, non enim est bonum &c. re- *dignitatis*
spicit ad prærogativam Judæorum, quā pollent præ gentibus non *exprobra-*
quidem suo merito, sed fæderū beneficio, ideo gentes a fruitione bene- *tio.*
ficiorum vult abstinere, non quidem absolute & semper, sed tantisper,
donec saturentur filii, quod ipsum & gentibus & mulieri huic opis-
me spei nota erat, pergit tamen interim *Salvator* durius loquendo,
Ἐντεῦται τὸν λόγον (ἐντεῦται, non licet, habet exemplar quoddam) non est bonum vel
justum, Es isti nicht sein! (opponitur enim potius τὸν ἀδικητὸν quam ἀντίτιτον)

Sumere sive eripere panem; id est, beneficia divina gratia & miraculorum gloriam, panem inquam, filiorum, eorum quidem, quos in peculium ad optionis adserit Deus Rom. 9. 4. & objicere sive projicere (quo verbo significarur, non esse delicatum filiorum panem tam male collocandum, quasi tribueretur non ratione & consilio, sed projiceretur temerè) τοῖς κυραριοῖς catellis, indignis scilicet & abjetis gentibus, qui ob idolatriæ spurciém canibus assimilantur. Canis vocabulum alias figuratè in omnibus ferme linguis vilissimum, impudentem & exosum hominem nota, observante Flacio in Aurea Script. Clave part. I. p. 98. & 99. imò credibile est, consueuisse Judæos gentes omnes appellasse **כלבים** canes. Utitur autem Dominus diminutivo (quamvis Vulgata in v. 26, Matth. verterit, canes, fortè ob mysterium alienum aliis displiceret, vid. Maldonatus) ut majori loqui videatur cum contemtu.

XXII. Hoc responso Dominus gravissimè & omnium acerbissimè pectus percudit, cum nō modo clamantē non exaudivit, sed insuper canis nomine invisam & exosam reddidit: Tantum tamen abest; ab arce fidei ipsam hoc ariete deturbari, ut potius fidès ejus mirificè confirmetur, namque per insignem dialecticam ingeniósā in versione latam sententiam pro se interpretatur, Christum quasi proprio ferit gladio, tam penetranti & efficaci, ut ulterius reluctari neq; potuerit, neq; voluerit. Respondit enim dicens illi, ρεινη οὐδεις, utiq; vel etiam Domine, etenim catelli edunt de mihi, quæ cadunt de mensa dominorum saevum. Syrus hic addit particip. plur. absolutum Peñil פְּלִבָּל a rad. פְּלִבָּל aut defectivo פְּלִבָּל vixit, quad contruitur cum nomine plur. præcedente **כלבים**, canes, Tremellius rectè expressis, & vivunt, posset etiam redi, & salvandi seu servandi sunt, vide Crines in Lex. Syr.

XXIII. Particulam ^{τὴν} quidam volunt esse contradicentis & refellantis, non approbantis, dicunt enim alias non facile apparere quod modo Chananaea argumentetur, & quā ratione conveniat particula causalís, nam & catelli &c. Sed non est necessaria illa interpretatio particularum ^{τὴν} γένος per nam &, ut Vulg. fecit, potest enim adversative redi per veruntamen, quod fecit B. Lutherus, Aber doch esset vis Dündlein etc. Deinde si vel maximè priori modo exponatur,

Mulieris
exceptio &
Inversio.

De particula
causalis

vis tamen argumenti non perielitatur, nec disputationis evanescit
subtilitas, syllogismus talis est, Nullus catellus projiciendus est panis filiorum.
Tumulier es Catellus. Ergo panis filiorum ibi non est projiciendus. Concep-
dit Chananea rotum, ex verbo autem contumelioso in Minore positi-
to occasionem deponit sic inferendi, Etiam Domine sim catellus, ut
me esse fateor, ob id tamen non potes mibi auxilium tuum denegare, nam &
Catelli edunt de misericordia, quae cadunt de mensa dominorum suorum: Canem
me dicas, Ergo nutri me ut canem, interpretat Chrysostomus. Idcirco si misericordia so-
lum, quas iure quasi quodam canes sibi vendicant, concesceris, mihi meaeque filiae abunde satisfactum erit, neq; enim integrum filiorum
panem a te postulo, ultra me indignam judico qua inter regni liberos connume-
ter, paribusque praeminentius fruar cum Iudeis. Ex quibus claret, vocu-
lam ^{et} omnino approbantia esse & confirmantia, cui praecepui Interpretationes suffragantur.

XXIV. Interim per misericordias intelligit Vixiu divina gratia, mi-
nora & minus frequenta miracula Christi, quorum unicum saltem ef-
flagitat, ut nimis diabolum ex filia pellat. Imo, eas duntaxat
misericordias & particulias cupit & experit, quae non data opera objiciantur, sed que cadunt obiter, quas Judaei alias negligenter & parvipen-
derent. Per mensam intelligit ipsum Christum, ex cuius plenitudine
confidit, se accepturam gratiam. Subinde autem fese profundius
demittit, non edere desiderat ad mensam collata, sed sub ea,
ⁱⁿ eisdem rursus reperiens, prout loquitur apud Marcum, ad pedes dominorum.
Judaeos vocat dominos suos, quos Christus appellaverat filios,
quod maximae humilitatis ^{textus} testimonior. Sunt qui arbitrantur, ab eo ipsam
Christum hic vocari Dominum, locutam vero esse in plurali, sub men-
sa dominorum, propter canes, quorum quisque suum habet domi-
num. Sed reclamat Marcus, qui in recitatione verborum, istorum
mentionem facit ^{textus} testimonior (non ^{textus} ut Matthaeus) liberorum sive
filiorum, quo ipso digitus intenditur ad priorem Christi responsio-
nem, qua titulo ^{textus} testimonior. Judaeos honoraverat.

XXV. Sic ergo mulier datum Christi responsum egregio strategemate solvit, in simulatum hostem retrorsit, eumque gloriose
vicit, & ad suam voluntatem non tam invictum traxit. Tanta De consecratione
scilicet est vera fidei virtus, tanta efficacia, quae vincit diabolum ^{textus} vitoribus
I. Pet. 5. 8.

1. Petr. 5. 8. vincit mundum 1. Iohann. 5. 4. vincit invincibilem & ligat omnipotentem. Mira pietas, qui quandam inimici erant, jam amici sunt, longinqui proximi servi filij, qui in ignorantia erant, jam in cognitione sunt, qui in tenebris jam in luce, in spe vita qui mortui erant, pauperes heredes regni celorum, Iudei procul & gentes prope, filii canes & canes filii, Theodorus in Psal. 9. & Pelusota l. 1. Ep. 143. Victoriam tantam Christus inglese 1. predicavit fidei magnitudine, 2. filiam sanavit firma valetudine, 3. matrem exhilaravit rei iustius certitudine.

XXVII. Origenes scitè dicit, Nihil est in conspectu Dei mirabile, quasi pretiosum sit & magnum, nisi tantum fides. Verissime, Excelluerat mulier nostra omnino virtutum genere, charitas enuit in filia perita curatione, & Judæorum prælatione, pietas in veri Dei inquisitione, humilitas in prostratione & indignitatibus confessione, spes in oratione, prudentia in responsis, perseverantia in repulis, cunctis tamen prætermis Christus solam laudat fidem, tanquam manum beneficia apprehendentem & radicem reliquarum virtutum omnium. O mulier, exclamat, miranda es in misericordia, magna est fides tua! admiratur fides, ut nos miraremur, mirando laudabat, quod mirandum aliis commendabat. Et certè fides illa revera magnafuit, quia rara & eximia, non vulgaris & communis, dignum quippe est æternâ observatione, Christum nullius hominis fidem admiratum esse, nisi genitilium, Centurionis Matth. 8. 10. Leprosi Samaritani Luc. 17. 19. & nostræ Chananaæ. Magna fuit fides, quia constans, quia magna confidit, magna fuit quoad veritatem, exquisitam enim tenuit de Christo notitiam, etiam inter medias gentes: magna quoad narracionem, allenus suum nullis idolis, nullis fabulis sed iis solis præbuit, qui referebant, Jesum Nazarenum esse Prophetam & Semen promissum, omnia præstare potens: magna quoad credibilitatem, nullis conatibus & tentationibus licet acutissimis & vere ignitis à semel conceptâ fiduciâ absterri se passa est, donec exaudita fuit, persuasissima mansit, Christum sibi credentem; & ex magna hac fiduciâ constanter supplicant, fore propitiorem. magna denique fides erat quoad applicationem, firmiter credidit, si Christus vel verbum dixerit, filiam suam à dæmonie liberatumiri. Non tamen existimandum est, tantam fidem & virtutes hinc promanantes mulierem ex fæse, & naturalibus liberi

liberi arbitrii viribus habuisse, quamvis enim audiverat celebrem mirabilium operum Domini famam, atque ita fidem ex auditu conceperat, tamen quod vera esse crederet, quæ de illo dicebantur, quodq; filia sua salutem à Christo sibi polliceretur, neq; ex se, neq; ex publicâ famâ, sed ex spiritu sancti operatione est consecuta.

XXVII. In illustri hoc fidei elogio non acquiescit Salva^{2. Filie &c.} tor, sed insuper peritam filia sanitatem largiter impertit, Spiritumq;^{letudo restis} impurū jam cessisse indicat. *Fiat tibi sicut vii, propter hunc sermonem va-tuta.* de, exiit Dæmonium à filia tuâ. Tu filiam cura, tu esto Medicus, tibi com-mitto medicamentum, exponente Chrysostom. non quod mater ipsa sa-nitatem contulerit, sed quia Christus ad causam impulsivam, fi-dem nempè respexit, quæ erat in istâ, quâ, ut & inde orto sermo-ne, ita delectatus fuit, ut gratiam & clementiam suam antè oc-cultatam, efficacissimè manifestaverit.

XXVIII. Etenim ad hoc Christi verbum cum abiisset mu-^{3. Matris lier in domum suam, reperit Dæmonium exiisse & filiam jacentem super le. certitudo gum, non tamen amplius agrotantem, sed ex perpeccisis paroxysmis confirmata.} liberatam suaviter respirantem, & cum non ita pridem variè fuerat exagitata, jam pacatè & sedatè decubentem. Matthæus notat, quod filia sanata sit dñs r̄s dñs iucundus, ex eo ipso tempore & momento, quo Dominus dixerat, fiat tibi sicut vii, fortassis mater de sanitate filiae certior facta ad Christum redit, perinde ac leprosus, ut ipsi gra-tias ageret, simulque narraret, quod ex illa hora filia sua sanata esset.

XXIX. spirituali historiæ hujus expositionem Theophylact. Sensus p̄is, in Enarr. cap. 7. Marii, ita format: Unusquisq; nostrum quando peccat, ritualis & mulier est, hoc est, in sima anima. Phœnissa autem tanquam rubrum & mysticæ. sanguinarium & cruentum peccatum habens. Filium autem habet talis mulier, sive anima, quod habet Dæmonium, nam mala opera sunt Dæmo-num. Peccatores itaq; cum simus, canes nominamur immunditia pleni, pro-prie quod & indigni sumus, quod accipiamus panem DEI, id est, communio-simus inmaculati mysterio. Quod si per humilitatem nosmetipos agnove-strum, & confessi fuerimus, nos esse canes, enarraverimusq; peccata no-stra, tum sanabitur filia nostra, id est, opus Diabolicum.

C

QVÆ-



QUÆSTIONES DUBIÆ EX HOC
EVANGELIO.

Quæstio I.

An pius quisquam salvâ conscientiâ possit in-
teresse Sacris Pontificiorum.

Ad gentes Christum abiisse, th. 7. assertum est, quæcumque
vel nullius vel diversa religionis homines à Judæis Dei populo
fuerunt, non incommodè hæc quæstio venit decidenda. Initid
quidem extra omnia dubitationis aleam ponimus, & ut: ~~duabus~~
concedimus, Liceat omnino cum infidelibus, hereticis, Pontificiis, alij
omnibus fidei confessione à nobis differentibus, sive extra, sive in Ecclesiâ po-
litice conversati, commercia exercere, conventus instituere, de Re-
publica tranquilitate deliberare, mutuis officiis ipsos prosequi &c.
Quando vero de sacris queritur, tunc cautō opus est, ne aliquid cum
perpetuo conscientiæ scrupulo, dato scandalo & salutis da-
mno committatur. Rem proinde omnem duabū includam pos-
itionibus. 1. In negotiis Ecclesiasticis, rebusq; consenseriam & salutem spe-
ctantibus nemini candido Lutherano concessum est, vel ore, vel gestu, vel signis
externis quibusvis fidem suam dissimulare. Probatur 1. à fidei relatione
fides & confessio ad quaerendos cōharent, corde quidem creditur ad
justitiam: ore autem sit confessio ad salutem Rom. 10, 10. Credidi propter
quod locutus sum, inquit, David Psalm. 116. Prosper, veritas & credenda &
proferenda est. 2. à severâ comminatione Matib. 10, 32. Qui negaverit me
coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo cœlesti. 3. à pa-
rure irrogatione. Quidam tepidus es, hoc est, vertumnus, neq; frigidi-
dus, neq; servidus, incipiam te evomere ex ore meo, dicit Filius Dei Epi-
scopo Laodicensi apocal. 3, 6. 4. ab aliorum offensione, infirmus fra-
ster inde scandalizatur, infidelis autem in suis opinionibus confir-
matur, sed ne illi, per quem venit scandalum! Matth. 18, 7. Nec juvat eos
qui contra sentiunt, exemplum Nicodemum, qui præ metu Judæorum
confiteri noluit, quod de Christo creditit, nam quid ille senserit de
Christo, magis magisq; patet fecit Iohann. 3, 1. cap. 7, 51. & ipso tan-
dem filio comprehenbarit cap. 19, 39. Dum periculosisimo tempore
corpus Christi potere ausus fuit terræ demandandum, sunt enim
fidei

Fidei, ut sua inchoamenta, ita quoq; incrementa & complementsa.
Diez etiam illud excusationem meretur, quod dicunt, in corde suo
se veram fidem amplecti, ore tenus autem duntaxat aliorum reli-
gionem simulare ad evitandum periculum, magis enim oportet Deo
obedire quam hominibus Act. 5, 29. & quid prodest homini, si universum
caudum lucretur, anima vero sue detrimentum patiatur? Matth. 16, 26.
Imo nec policite boni habentur, qui mel in corde fovent, & fel in
ore, una manu panem, altera lapidem gestant, taceam ut coram
Dei tribunali bilingues isti consistere possint, cum is non solum
cordis, sed totius hominis obedientiam requirat. Deuter. 6, 5. II. Sa-
tri quibusdam Pontificorum Lutheranus intresce potest, modo caveat, ne vel
superstitione, vel calida simulatione impietatem videatur approbare. Cere-
moniae Papisticae non sunt unius generis, quadam enim existunt
aperte idololatricæ, ut Invocatio Sanctorum, Vigilia mortuorum, Mis-
sa &c. quedam penitus ineptæ, ut varia gesticulationes, quedam impie
quidem respectu meriti ab iis præceptæ, ut Jejunia &c. quedam de-
nique indifferentes, quarum usus liberè permisus. Idololatria scilicet
tum in Deum, tum in Christi meritum blasphemis homo
Christianus nullo modo fese attemperate debet, prohibetur enim
jugum ducere cum infidelibus 2. Cor. 6, 14. jubetur ne communicit operibus
infidelis renebratum, sed magis ut ea redarguat Ephes. 5, 11. Jubetur ne
Ave dicat Pseudodoctoribus 2. Ioh. 1. v. 10. nec genua sua coram Idolis flecat,
manuqvæ. eorum exsculetur 1. Reg. 9, 18. sed ut Dominum Deum adoret,
ipſig; soli serviet, Matth. 4, 10. non solum cultu interno & spirituali, sed
etiam externo corporali Esa. 45, 23. Interim tamen templa Papistarum
potest ingredi, & sacra eorum intueri, ut aliquando de abomina-
tionibus istis interrogatus testari possit tanquam ~~sacerdos~~, nul-
lo autem planè corporis motu nutuq; simulet, se abominationes
istas probare, sed potius exterris gestibus ostendat, se illas scrio-
modi improbare & detestari; quemadmodum Paulus illæsâ pietate non
modò circa omnes Atheniensium aras obambulavit, verum etiam
oculos huc illuc circumtulit, & quid in unaquaque ara scriptum
fuit, conspexit, ita tamen, ut omnium superstitionum neglectum
præ se ferret Actor. 17, 23. Quid enim culpæ attraheret solus aspe-
ctus, vel ingressus, si absit supersticio & simulatio? Atque sic quo-
dammodo illi excusari possunt, qui vel Studiorū, vel mercimoniorum,
vel opificiorum gratia in locis peregrinis aliquantis per commorat

coguntur, ubi Romana Thais dominium occupat. In genere tamē monemus, longē satius esse, à sacrī istis se separare, quam eadem frequentare, propter illud *Syracida*, qui amat periculum, peribit in illo. Vide Luther. Tom. 6. Ieuenſ. Germ. pag. 339. Edit. prior. qui unum quenque remittit ad suam conscientiam. Consule quoq; Lobech. Dīb. 17. in Aug. Conf. membr. 4. D. Förſt. in Thes. Catech. dec. 1. Ex Symb. Ap. probl. 7. & Dec. 1. Orat. Dom. probl. 6.

Quæſtio II.

Utrum liceat concionari & Sacra menta admi-
nistrare in iis templis & aris, in quibus olim
viguit idololatria Papistica?

Quia Salvator miraculum Satanæ filiæ Syrophæniſſe in ta-
libus locis perpetravit, quaē idolo maniæ criminē notara erant,
non inconcinnē præſens problema movebitur. Circa illius nega-
tionem Calvinianis cum Anabaptiſta magnus intercedit Syncreti-
ſmus, ut & in aliis dogmatibus benē multis. De Cata baptiſta con-
ſtat, quod templa in quibus ante hac filius perditionis **Dominus** co-
luit, fugiant, & vel in domibus, vel sylvis, vel alibi sub dio conveni-
re soleant, ne quid dicitur putativā suā sanctitate videantur deperdere.
Ita quoq; universo terrarum orbis jampridem innoutit, quo in-
tempestivo & vesano zelo Zwinglio-Calviniani in Belgo, Gallia
& quibusdem Germania locis Archi Patriarcham suum Carolita-
dium exorūz̄ securi, imagines & altaria sub reformationis pra-
texta diruerint, & egragie ſculpta tabulata omnia bipennibus & malleis
confregerint, Psal. 74, 6. ut nemp̄ habeant templa similia Synagogis
Judæorum & Moscheis Mahometanorum, Saracenorum & Tur-
carum, ut loquitur Preclariss. Dn. Schröderus in Fas sic. Contr. Theol. Apo-
dixi 7. pag. 392. Ultraq; cohors non sapit, quod dicitur, in loco,
ſed vehementer delirat. Prioribus opponimus exemplum 1. Christi;
qui in Scholis & templo Hierosolymitano quotidie docuit Matth.
26, 55. licet fuerit spelunca latronum c. 21, 13. ibidemque viguerit
falsa Pharisaorum doctrina, cui hodierna Pontificia valde affinis
est, ſi non eadem, prolixè id demonstrante D. D. Meifnero in Consul.
Cathol. Lefſio oppositā, part. 1. memb. 4. 2. Petri & Iohannis, qui ascen-
dentes in templum sanarunt claudum, ubi Petrus concursu populi
facto

facto egregiam habuit concionem de Christo *Act. 3. & 5. 3. Pauli*
qui Athenis non tantum in synagogis Judæorum & in foro do-
cuit, sed etiam in Arcopago, *Act. 17.* ubi Martis statua prostabantur.
Ostendit in Enchir. contra Anabapt. cap. 6. Coroll. 2. ita templum Ephesi-
num idololatricis Dianæ cultibus consecratum non præcepit di-
xii *Act. 19.* In navi, qua ex Insula Melita ferebatur Romam, ima-
gines Castoris & Pollucis idololatriæ nautarum deservientes re-
linquit Apostolus suo loco *Ador. 28.* cum interim nec preces suas
nec concionandi occasionem intermisserit. *Vide Gesner. in For. Conc.*
diss. 15. cap. 4. Posterioribus regerimus, nos non negare, altaria remo-
veri posse modò id non urgeatur ut simpliciter necessarium, & fiat
per Magistratum consentiente & prius rectè institutâ Ecclesiâ, nec
conjunctam habeat vera doctrinæ labefactionem: Quia autem
adversarii altarium demolitionem solo novandi studio sub neces-
itate urgent, proprio & plebejo ausu insciis sapè Ecclesijs & Magis-
tratis aggrediuntur & Orthodoxæ religionis nostræ oblique
latus petunt, proximum non adificant, sed graviter offendunt, uti-
mū nos in his similibusq; negotiis libertate Christianâ, & ad
Cœna Dominicæ celebrationem altare adhiberi posse intrepidè
affirmamus. Nec unius teruncii est, quod *Anhaltini* hoc ipso no-
mine in Ecclesijs nostras rantoperè desaviant & debachentur,
altaria nempe apud eas horrendis sacrificiorum idololatricorum
deservire: nam 1. quæ sit Ecclesiarum nostrarum de-
S. Sancta Cœna sententia ad oculum patet *ex Augustan. Confessione*,
quæ nec fictio Missarum sacrificio nec Pontificiaæ usurpiationis er-
roris ullo modo patrocinatur, quicquid etiam contra deblaterent
maleferiati quidam homunciones, neque ullius idololatriæ, quam
committeremus, nobis sumus consciit. 2. altaria in Papatu deser-
viisse missis rām dypōn largimur, sed aliud est tunc, aliud *nunc*, ejus-
modi altaria nos etiamnum hodiè retinere strenue inficiamur,
contemnimus & rejicimus abusum, defendimus legitimum usum,
abusus enim rei substantiam & usum nequaquam tollit, alias ipsa
S. Scriptura, qua ceu instrumento errorum abutuntur hæretici, imo
Sol, Luna, totusq; caeli exercitus, quem Ethnici adorarunt, tollendus
fuerit & destruendus. Negat locum hic obtinet illa exceptio, perpe-
tuam esse relationem inter altare & sacrificium, hoc ergo destru-
eo, illud quoq; destrui oportere, etenim 1. tām sacræ, quam profa-

na historia testantur, altaria propter alios etiam finis erat fuisse, quam ut sacrificia in illis peragrentur. Vide Jos. 22, 26. Herodot. l. i. hist. f. 27. 2. Sit sane relatio perpetua, quid autem hoc ad absolum mensas nempe lapideas, quae solam nominis appellationem vel ex usu, quem in oblatione munera in primitiva Ecclesia habuerunt, vel ex abusu ad quem in Papatu fuerunt adhibitæ retinuerint. D. D. Praes. Tom. 5. Loc. de S. Coenâ cap. 25. pag. 548. & D. Meissner in 2. part. Phil. Sob. Sect. 1. cap. 1. quæst. 19. pag. 266. Sic ergo omni superstitione remotâ, ut templis ita quoque altaribus sanctè utili licet, loca enim sanctarum verbo & Sacramento negleguntur, neque detrahunt, sed potius loca per verbum sanctificantur.

Quæstio III.

An interpellatio discipulorum sit exemplum
Invocationis Sanctorum defun-
torum?

Sanctis defunctis debitum honorem & venerationem Ecclæsia nostra nec denegant, nec derogant. Is vero honor Sanctis est debitus 1. ut Deus in iis celebretur. 2. dona ipsorum amplificentur & sancti ipsi laudentur, qui illis fideliter sunt usi. 3. ut virtutes ipsorum ad imitationem proponantur, Apolog. Aug. Confess. pag. 223. 224. Assentatores autem sedis Apostolicæ, hoc vero honore sanctos spoliant, omnesque suas superstitiones sub Sanctorum memoria occultare satagunt, volunt enim consequens esse, si Sancti sunt venerandi, Ergo sunt invocandi & adorandi. Ergo suffragia patrocinia, merita, protectiones & auxilia Sanctorum sunt imploranda. Vid. Chemnit. part. 3. Exap. Conc. Irid. p. 223. in ott. Inter multas vero mœlē consircinatas raciunculas, non postrema est, quam ab exemplo discipulorum ex hodierno Evangelio impiaz sive opinioni prætexunt, sic enim scribit Stapletonus in promt. Cathol. part. 3. Fer. 5. hebdom. 1. Quadrages. pag. 41. Intercessio hec discipulorum pro muliere Chananea, à Christo prima vice nihil impetrante, exemplum esse potest invocationis Sanctorum, ut pro nobis apud Deum intercedant, cum à Deo confessum non exaudimur, ad maiorem videlicet fidem, patientie & perseverantie nostræ probationem, sicuti cum Chananea Christus hic egit, tantisper eam exaudire differens, donec sèpè atq; icidicem clamasset, ipsose

*Proprie*s* Apostolos, ut pro ea apud Christum intercederent, compellasset. Hac
ille. Sed nihil hoc ad rem facit, 1. exemplum est, quod non probat,
sed tantum illustrat. 2. Vnde probabit Chananeam petuisse inter-
cessionem Apostolorum? Salmeron ipse dubitat, inquiens, forte ab
eis rogati intercesserunt apostoli. Instar quidem Staplei, quid clamabat
post Apostolos, nisi ut tacente Domino aliquod ab eo benignum responsum
ipso impetrarent. Sed clamare post discipulos, non est rogare interces-
sionem eorum, discipuli enim urgunt dimissionem, Dimitte, in-
quiunt, quia nobis molesta est, ita ut non tam ex misericordia,
quam impatientia clamoris interpellent. Quamvis autem Papista
hoc vocet plusquam puerile figmentum, quod discipuli fastidiosè as-
serint Chananeam, tamen ipsis illud non erat rarum, vide Mart. 6, 35.
36, 52. 3. fallit consequentia, viva expetit intercessionem à rivenib.
Ergo hodie sancti demortui sunt invocandi, nam Apostoli ex narratione
Chananeæ speciem tenus potuerunt percipere, quamam calamitate
angeretur, mortuis vero sanctis res nostræ sunt ignota Esa. 63, 16.
Excipit, impium esse & Eibnium Santos in celo cum Christo regnantes
vocare mortuos, cum Deum sit viventium Deus, non mortuorum Matth. 22,
32. Exod. 3, 6, ideoq. Sanctos ad patrociniis non minus esse idoneos, quam
cum in terra riverent, immo multò magis idoneos. Resp. non dicimus
animas Sanctorum unà cum corporibus extingui, aut sine vita
dormire, nt quidam ex Ethnicorum grege fabulati sunt, sed vivere
apud Deum 2. Cor. 5, 8; Philipp. 1, 23. & esse in manu Dei Sap. 3, 1. in fine
Abrahe Luc. 16, 23. Interim ad ostendendum discrimen inter San-
tos, qui in hac vita nobiscum adhuc commorantur, & illos qui in
Domino discesserunt, hos usitate vocamus mortuos, illos vivos, sic enim
ipso Spiritus sanctus loquitur in Scriptura, Beati mortui, qui in Domi-
no moriuntur Apocal. 14, 13. mortui in Christo resurgent primò 1. Iheff. 4, 16.
Sive viri muni, sive morti muni, Domini sumus, Romau. 14, 8. Quomodo autem
magis sint idonei ad ferenda patrocinia quam cum in terris vive-
rent, non video, fortassis quia in feliciori statu positi, sed istud
ipso quidem multum, nos vero nihil savat. Deinde quomodo quæso ibi
magis patrocinarentur nobis, cum neque in his terris ulli corā Deo
patronum pro nobis egerint, non opus est patronis apud Deum, neque
ullo discursu, ut blandiarū alii, sed licet solus sis patronog careas, & per re-
ipsam Deum preceris, tum voti compos erit, ut orthodoxe loquitur Chrysostomus.
Merito itaque invocationem & cultum Sanctorum, quem
Pontificis.*

Pontificii urgent rejicimus & ut Antichristi sc̄etum abominamur, deſtituitur enim 1. omni ſacr. Scriptura fundamento. 2. impingit in honorem Dei proprium. 3. in honorem Chriſti Redemtoris. 4. in honorem Chriſti intercessoris. 5. in honorem Chriſti ſanctificatoris. 6. in honorem Chriſti regis. 7. dirigitur ad ignorantes. 8. ad improbantes. 9. eſt multu modis lubricu invertuſ. 10. & ſuperſtitioni Ethnicae obnoxius. Singularia membra eruditissimè, ut omnia, probat & declarat Rev. Dn. Schröderus in Apodixi 6. Faf. conro. Vide etiam D. D. Menz in Diff. 6. contra Piftor. Apoſt. pag. 327. & ſeqq. D. Joan. Jacob. Bernhardi, in peculiari libro ante ſexennium de Invocat. Sanct. conſcripto & edito.

Quæſtio IV.

An Christus miſſus ſit mediator omnium hominum?

In assertione quæſtionis hujus etſi Scriptura tam ſit perſpicua, tam aperta & clara, ut vix apertius quid dici poſſit, dum Chriſtum 1. pro toto mundo 1. Joban, 2. 2. Joban, 1, 29. cap. 6, 51. 2. Corinth, 3, 19. 2. Pro omnibus hominibus Eſa, 53, 6. Joban, 1, 9. Rom, 5, 18, 19. 2. Corinth, 5, 14, 15. Col, 1, 20. 1. Timoth, 2, 6. cap. 4, 10. Roman. 8, 3, 21. Tit, 2, 10. 3. etiam pro impiis & iis qui ſua culpa dammantur Roman, 4, 16. 1. Cor, 8, 11. Hebi, 6, 14. cap. 10, 26. 2. Pet, 2, 1. ſatisfeciffe & mortuum eſte evidentissimè teſtatur, Beze tamen & gregalibus hoc viſum eſt intolerabile. Reſp. 2. ad Colloq. Mompel. pag. 215. Pareus in addit. ad Catech. Viſini urget, quod Salvator in noſtro Evangelio dixit, Non ſum miſſus nisi ad oves perditas domus Iſraēli. Indeq; contra generalem Chriſti redēptionem ratiocinatur. Verū jam ſuperius theſi 19. reſponſum eſt, diētum hoc de munere Propheſico & Eccleſiaſtico, quod tūm temporis Chriſtus propria perſona propagatur, non autem de ſacerdotali ſive Mediationis officio eſte accipiendum. 2. addimus nunc, Si horum verborum iſ cefſer ſenſus quem adverſarii volunt, propter exclusivam, niſi, ſequetur pro nullo Calvinistarum Chriſtum eſte mortuum, niſi qui à Judæis duxerint originem, Vide Schafman. de prædeſt. pag. 143. ſequetur etiam nullum omnino ex omnibus gentibus eſte electum, quod absurdum: neq; enim responderi potheſt per Iſraēliſtas iatelliſti ſpiritualeſ Iſraēli-

Israélitas, qui sunt ex fide Israélis, quia Chananaea illa fœmina fuit ex numero spiritualium Israélitarum, siquidem fides ipsius magna erat, & tamen Christus dicebat, se ad eam non esse missum. Dn. Pref. Tom. 2. Loco de Eleæ. & Reprob. S. 121. 3. Oves dicuntur εἰ πλάιστοι, non soli electi, sed etiam illi, qui à bestiis dilaniantur, devorantur & a Pastoribus improbis perduntur, quod agnoscit Marloratus, qui perditas oves universam Abrahæ posteritatem notare contendit, in Comment. super h. l. Etsi autem Christus ex sua parte id omne præstít, quodcunq; ad nostram cum Patre reconciliatiōnem unquam requiritur, ideoq; pro omnibus sufficientissimè satisficerit, non tamen omnes homines parto merito fruuntur, cū maximæ ipsorum parti desit fides, manus illa arripiens sive λαβεῖν, quæ beneficia sibi tenetur applicare, unde fit, ut meritum Christi ex hominum parte & respectu applicationis evadat particulare, quod Christi & acquisitionis respectu est & manet universale.

Quæstio V.

An & quomodo vocatio Domini vocantis ad participationem regni sui sit universalis?

Cohæret hæc quæstio cum precedenti, & quia in Evangelio Tyri & Sidonis fit mentio, de quibus Christus Matth. 11, 21. dixit. Si ibi factæ essent virtutes, que factæ sint in Chorazin, Bethsäida, Capernaum &c. quod olim in cilio & cinere egissent penitentiam, paucis can-dem vencilabimus. Meritum Christi & partam merito salutem omnibus hominibus à Deo promitti & offerri, sicq; omnes ad cœ-lētis regni participationem vocari, clarissimè docet verbum Dei, ut non immetitò sive inscitiam, sive malitiam Zwinglianorum & hic miremur, qui ex parte Dei inefficacem quandam constituunt vocationem, quasi Deus arcana suā voluntate nunquam voluerit omnes vel planè vocare, vel efficaciter vocare, sic enim Beza, Mar-tyn, Zanchius, Bucanus, Reuchelius & alii expressè scribunt, hoc potissimum urgentes, quod nec singulis hominibus, nec omni ēvo Evan-gelium fit prædicatum, neq; etiam nunc toto orbe prædictetur, No-testimoniis Spiritus sancti majorem & potiorem habemus fidem, quam cœcæ rationi, Deus enim omnino verè & sincerè vocat omnes homines Matth. 11, 28, cap. 28, 19. Marc. 16, 16. Luc. 24, 47. Ador. 27, 30.

Cod. 1, 28. etiam reprobos, ac percurrentes Isa. 61, 2 & 12. Prov. 1, 24. Matth. 23, 37. Luc. 7, 30. Act. 13, 46. Hebr. 4, 7. pateat hoc etiam exemplum Christi in primis & Iohannis Baptista, quorum hic Pharisæus verbum resipiscientiae annunciat, & promissiones Evangelicas obtulit, ille vero impudentibus auditoribus viam salutis prædicavit, quod sanè neuter fecisset, si vocatio ad paucissimos tantum pertinueret. Absit autem, ut sentiamus vocationem istam inefficacem, esse Dei respectu, hac enim ratione tribueretur ipsi hypocrisis, quasi vocet eos, quos tamen nolit venire. Verum quidem est, vocationem posse dici particularem ratione gentilium, & contemptorum, qui justè puniuntur verbi ablitione, dici posse inefficacem ratione baptizatum, qui verbum negligenter audiunt, & in impietate perseverant, interim inefficacitas ista, ut sic loquamur, contingit per accidentem, ex sola hominum culpâ, non ex parte aut intentione Dei, ut adversarii calumniantur. Neque Deus suam de universalitate vocatione voluntatem nobis duntaxat in verbo suo manifestavit, sed insuper actu ipso tribus distinctis vicibus universum genus humanum vocavit, modo illustri & ordinario, per externi scil. ministerii vocem, ne vel minima de paterno favore ipsius dubitandi scintilla relinqueretur. 1. quidem ante lapsum in Protoplasmam nostris, qui radix erant totius generis humani, his indidit perfectam sui notitiam, & de voluntate sua excellenter erudit, cumq; multiplicari coepisset genus ipsorum etiam post lapsum addidit præcones, Sethum, Henothum, Matthusalem, &c. Gen. 5, 2. Post diluvium in familiâ Noachi, ubi universa mortalium multitudo ad octo animas redacta ducatur, audivit 2. Pet. 2, 5. Noë successerunt Abraham, Isaac, Jacob, Israhelite in Aegypto, Moses & universus Prophetarum cohors, & quamvis populus Israëliticus angustâ terrâ concluderetur, Fama tamen stupendiorum miraculorum, quæ Deus inter eos operatus est, in omnes nationes per totum terrarum orbem divulgata est. 3. Post Christum incarnatum omnium illustrissime in Apostolis, quorum sonus exiuit in omnem terram Ps. 19, 5. Rom. 10, 18, ita ut Paulus scribat, Colos. 1, 6. & 23. iam suo tempore Evangelium tractificasse, (fuisse ~~recepisse~~) & prædicatum esse in terra, in aliis in orientis & occidentis, apud universas creaturam, quæ sub caelo est. Quod autem olim gentes in veteri Testamento, & Americani in Novo, per externum, Prophetarum aut Pastorum ministerium & vocem non sint vocati, nihil propositum.

detrahit universalitati vocationis; Deus enim *juxta voluntatem antecedentem* omnes quidem ubique & semper vult vocare, sed non *absolute*, verum *conditionate* & *determinatae*, si oblatam gratiam non *repuant* & *contemnant*, quia autem maxima pars hominum erga verbum est contumax, hinc *voluntate consequenti*, quae est *justitiae*, multi privantur verbi ministerio *tum* propter majorum ingratitudinem, quae *generando* & *educando* posteri polluantur, *tum* propriam oboscitantiam, pertinaciam & sceleria alia plura. Imò & illi qui visibili verbi ministerio destituuntur, nihilominus *hodieque vocantur*, licet paulò *obscarius* & *generalius*, partim per Dei notitiam in visibilibus mundi operibus propositam *Roman. 1. 19. 20. 21.* partim per conscientiae stimulos *Roman. 2. 15. 16.* partim per Ecclesiae celebratatem, partim denique per exempla eorum, qui ex gentilitate verae Ecclesiae secesserunt *Act. 2. 5. &c.* *Vocatio una est* & eadem, licet modus vocandi sit *diversus*. Quae omnia fustis explicata reperies apud Dn. D. Meisnerum in *Authropol. disp. 13. quest. 3.* & Schafman. lib. I. de predest. part. 3. Quae contraria veniunt ad ipsum *voluntarius* actum reservata volumus. De Tyrin & Sidoniu breviter notetur 1. eos Israelitis suisse conterminos, facile igitur fama doctissimae & miraculorum illuc pervenit. 2. Christus ipse in partes istas secessit, *Marc. 3. 7. cap. 7. 31.* 3. ut & Paulus *Act. 3. 3. 4. cap. 27. 3.* 4. habuerunt beneficia reliquis gentibus communia. 5. & denegata saltum fuit ipsis specialis ista & extraordinaria ratio per miracula homines convertendi.

Quæstio VI.

An ullus homo de salute suâ despereare debeat?

Inter tentationes quas Chananaea experta est, non fuit minima, quae de particularitate *gratiae divinae* & *indignitate* propria movebatur. Contra hanc animus afflictus mature est præmunitus & ex Israelis fontibus fortiter recreandus. Neminem autem hominū, cuiuscunque tandem sit conditionis, sexus aut ætatis vel tantillū animo fluctuare vel dubitare debere Scripturapass. o demonstrat. Ecce enim, en Dei parte adest *Universalitas* prom.

Evangelicæ, & paternæ benevolentia, comprobata, dicitur, juramentis & exemplis: adeo universalitas meriti Christi, adeo universalitas vocationis ad cœlestis regni societatem. Ex parte nostra ope Spiritus sancti, adeo fides vivifica complectens promissionem verbo inclusam & sacramentum obsignatam, ex quibus certissima oritur spes vitæ æternæ. Immotus ergo est hic syllogismus adversus quem nec portæ inferorum aliquid prævalebunt: Quicunque in Christum verè credit, & in eum usque ad finem perseverat, ille indubitate electus est & salvabitur, habent enim se Prædestinatione & Salvatio, ut decretum & decreti executio, Roman. 8, 29, 30. Atquæ in Christum (subsumere quis potest) ego credo, & licet fidem sentiam languidam, tamen & hæc tantum arripit, quantum firma cum non aestimetur ex inflatione prout virtus est, adeoque qualitas, sed ex relatione, quatenus Christum intuetur; in hac fide insuper gubernante Deo confido me perseveraturum, est enim Deus meus fidelis, qui quod in me caput opus bonum, perficiet illud usque in diem Iesu Christi Philipp. 1, 6. Ergo electus sum & salvabor, nec de salute despero. Tota hæc collatio & illatio non nisi solo verbo divino innititur, nulli humanæ speculationi & opinioni. Et sane moti problematis negativam unâ nobiscum tenere magna videri volunt Viri Calviniani, Zanchius libr. 5. de Nat. Dei cap. 2. pag. 658. & seqq. Tres imprimis modis rectificandæ electionis & salutis commemorantur. Bucanus in Instit. loc. 36. quest. 44. hoc consilium præbet, ad verbum & voluntatem Dei in eo revelatam tentatus configuiat, ut ei obediendo salutem consequatur, nec cuiquam desperandum est de misericordia Dei, quamdiu quis non peccat in spiritum sanctorum. Ita Casmannus in Luct. peccat. cap. 5. sect. 4. pag. 98. utiliter consultit, non ex abysso voluntatis occulta, aut primis causis electionis, sed ex fundamento Electionis Christi, & ex revelato Evangelio certitudinem esse petendam. Verum quicquid Calviniani prætendant, certissimum est & irrefragabile, stante ipsorum doctrina & hypothesis in dogmate de predestinatione, nullum ab iis tentatum, posse erigi, nullum de salute sua posse confirmari, & certiorari, quod ad oculum ita demonstro: Quicunque particularem electionem ad vitam eternam ita definient, quasi Deus absoluta quadam voluntate paucos quoddam & quidem minimam partem ex universo genere peccatorum ordinari & per filium ad vitam redemerit, reliquo omnibus, non ex

non ex futura impenitentia intuitu, sed absoluto quodam odio & decreto, ad inevitabilem perditionem efficaciter destinatu, illi prefecto non possunt unumquemque de salute sua bene sperare jubere. Sed prius non nulli Calviniani faciunt, quod ex propriis ipsorum libris alibi prolixius demonstrari solet. Ergo posterius non possunt. Vide Dn. Melissurum in vindictis Evangeliorum, Domin. Reminis.

Quæstio VII.

An promiscuè quibusvis peccatoribus adi-
tus pateat ad sacram Syn-

axiñ?

Recte & piè in Ecclesiis nostris sacræ Cœnæ usus denegatur iis, de quibus certò constat, quod sceleratam agant vitam, & perrinaciter in impenitentia perseverent, idque tam diu donec tandem ad frugem se recipient. Præterquam enim, quod ejusmodi obstinate impii judicium sibi manducarent ac biberent, rei que fierent corporis & sanguinis CHRISTI, non dijudicando illa 1. Cor. 10, 29: Salvator noster severè prohibet, ne sanctum demus canib[us], ne margaritas nostras mittamus ante porcos Matth. 7, 6. Et in præfenti Evangelio dicit: Non esse bonum, panem filiorum obficere canib[us], commode enim & hic quadrant hæc verba. Abutitur autem iis ad dissimile negotium, nempe ad manducationem indignorum. Ursinus in Catech. pag. 593. recitante Eckardo in Fase. Cont. p. m. 570. hoc modo: Non est honestum panem filiorum, projicere canib[us]: Corpus CHRISTI est panis filiorum, imp[er] vero sunt canes: Ergo impii & indigni non participant corpus & sanguinem Christi in Cœna. Verum & nos dicimus. Nam 1. Canes in hoc dicto non representant impios in Ecclesiæ gremio constitutos, sed ~~xvili~~ & ~~metu~~ illos, qui sunt extra Ecclesiæ pomaria. 2. Panū non denotat corpus Christi in Cœna vescendum, sed præcipue miraculorum gratiam. 3. Canes verè edunt panem, licet immerito obiectum & filiis ereptum. 4. Rem ipsam, cui probanda hoc dictum assumitur, in sacris literis habemus expressè declaratum, quod nempe & impii talem manducent panem, qui sit ~~conveniens~~ communicatio seu participatio corporis Christi, quod levius hac ratiuncula negari non potest. Plura vide apud Melissur. l. ante add.

Quæstio VIII.

An fides justificans sit Fiducia?

Salvifica fides secundum tenorem divini Codicis brevissime & rectissime definitur, quod sic veræ doctrine agnitus & gratia Dei per Christum redemptorem in promissione Evangelij fiducialia apprehensio. Ires confluuntur illius partes, rectius actus 1. Notitia sive cognitio & illuminatio in mente, qua credimus Deum, aut quædam de Deo, ut quod sit sapiens, verax, iustus, bonus, unus in Essentia, Trinus in personis, quod misericordia Filium in plenitudine temporis Redemptori generis humani & c. Ioh. 17. 3. & 8. 7. Pet. 2. 21. 1. Ioh. 2. 3. & 4. c. 4. 16. 2. Assensus firmus, quo credimus Deo, approbamus & pro vertate habemus omnia in Sacris proposita solam propter autoritatem dicentis Dei, quæ infallibilis Hebr. 11. 1. 3. Fiducia sive apprehensio & receptio fiducialis in voluntate, quæ credimus in Deum, Deique filium, omnem in ipso spem ponentes & gratiae promissiones firmiter nobis applicantes. scholastici quidem, & Romanenses fingunt, fidem esse simplicem historiæ sacræ notitiam, quæ cum peccato etiam mortali simul stare queat usque adeò ut Hieron. Torenſis l. 2. August. Confes. cap. 5. § 4. affirmare non dubitaverit, fidem in hominibus sceleratis manere posse, referente D. Hüttero in Form. Concord. pag. 295. Verum sola notitia, aut etiam assensu nudo, fidem salvificam constare, prater & contra Scripturam audacter nimis astruitur. Fides certe tam splendidis nominibus indigitatur, quæ eam esse fiduciam clare docent, vocatur πληροφορία plena persuasio Rom. 4. 21. Hebr. 6. 11. cap. 10. 22. περιπολία libertas Ephes. 3. 12. 1. Ioh. han. 3. 21. περιστορία firma fiducia 2. Corinth. 3. 4. Phil. 3. 4. καύχησις vel καύχησις gloriatio Rom. 5. 2. φανάριον Phil. 3. 12. καύχησις recompensatio Christi Ioh. 1. 12. καύχησις, ein gewisse Zuversicht 1. ut Luth. vertit, Hebr. 11. 1. Plures rationes subministrat Dn. D. Menzerius in diff. contra Pift. thesi 103. & seqq. Exemplum est nobis mulier Chananea, cuius fides illustri celebratur præconio, non quia nuda erat notitia vel assensus, sed precipue immota fiducia, quod omnes circumstantiae loquuntur, describitur namque gravissima fidei luctus, qua tentationes de indignitate & particularitate foemina hæc

fortissimè vicit & superavit, nil prorsus dubitans, se opem & auxilium a Christo esse consecuturam. Hanc plenariam persuasione firmam que fiduciam Christus fidem nominat Hunnius in Cor. Matth. pag. 522. Editi Franc. in Off. dissideri hoc adeò non potuit Bellarminus, ut lib. I. cap. 1. col. 963. A scribat, Fides qua impetrantur miracula magna esse dicitur, ut etiam gignat fiduciam quandam imprestandi, quod peritur, nam propriea dixit Dominus Chananaæ, O mulier magna es fides tua.

Quæstio IX.

An fides Chananaæ sibi peculiariter applicaverit promissiones de Christo?

Chananaæ fidem veram & verè fuisse magnam, licet ratione doctrinæ Evangelicæ adhuc obscuriusculam, jam aliquoties diximus. Persuasa erat Christum esse Filium Davidis, promissum illud mundi Messiam, qui corporis & animæ salutem conferret. Hoc non tantum firmiter creditit, sed etiam sibi applicavit, dum sui vult ipsum misereri, immo heroico animo tantam concepit fiduciam, ut citius clamare & orare non desierit, donec, quod petierat, impetrasset. Annon autem hoc est, Dei promissiones, quod credentibus in eum per Christum proprius futurus sit, sibi in particulari applicare, certoque credere, quod sibi peculiariter Deus sit propius? Protervè quidem & impudenter negat Stapletonus part. 3o. prompt. Cathol. pag. 43. sic inquiens, Certissime constat, mulieris fidem nihil simile aut affine habuisse. Sed videbimus, quæ tanta certitudinis fundamenta. Pergit. Mulier erat Chanana a gentili, verbi Dei & promissionum ejus, quæ penes solos Iudeos tunc erant, penitus ignara, in doctrina legi non educata, extra fædus populi, unde eam Christus canem vocat, quasi extra numerum filiorum, quomodo ergo promissiones in verbo, quæ ad illam non pertinebant, sibi applicare posuit? In prima protecta consequentia, quasi vero promissiones de Christo tantum intra Synagogas Juðæorum conclusæ mansissent, quæ tamen per conciones & miracula longè lateque disseminabantur, & constanti fama ad remotiores quoq; populos jam pridem devenerant, neandum ad hanc mulie-

rem,

rem, quæ Judæis admodum vicina erat, hanc qualemcumq; notitiam mirificè in ipsa accidente & confirmante Spiritu S. quomodo ergò promissionum poruit ignara esse & quomodo non confusa fuerit Deum sibi propitium futurum, per Christum & ut Papista nigeratur, per Christum, inquam, quem Dominum, id est, Deum esse agnoverat, quem filium Davidis crediderat, quem flexis poplitibus adoraverat, cui miseriam suam aperuerat, ipsiusq; sublationem insolidum vendicaverat. Et cur quæso fides ipsius tam splendido encomio à Christo fuisset depraedata, nisi in Christum fiduciam suam direxisset? Respondebat quidem adversarius, ideo famine fidem magnam esse, quia de Christi potentia, virute & bonitate firmissime conceperat. Verum hoc ipsum pro nobis facit, etenim fidem in Christum ejus, que bonitatem & potentiam non potuit aliunde concipere, quam ex promissionibus de Christo, qui ergò prius firma fide amplectitur, ille statim etiam apprehendit posterius, sibiq; peculiariter applicat; quod erat demonstrandum.

Quæstio X.

Quid possit aliena precatio & fides?

Quivis certè nostrum in hac virtu tenetur pro aliis orare, ipsorumq; salutem sibi habere quam commendatissimam, sive pii fratres, sive impii & hostes. Sic enim nos Scriptura docet iam dictu quam exemplis plurimis. Jubemur orare pro invictem Iac. 5. 16. orare pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus in eminentia constitutis 1. Tim. 2. 1. seq. orare pro ijs qui ledunt & infectantur nos Matth. 5. 44. Sic Christus oravit pro crucifigentibus se Luc. 23. 34. Abraham pro Sodomitis Gen. 18. 23. Centurio pro servo Matth. 8. 5. Stephanus pro iis, a quibus obirebatur lapidibus Act. 7. 60. Accedit ratio, idem urgens, naturale vinculum sumus omnes sociati, membra sumus unius corporis, quorum uno paciente patitur & alterum condolentiaque afficitur, idem denique requirit *mutua caritas*, mutua charitas & fraternitas. Neque preces ejusmodi mutiles sunt & vanæ, sed impetrant aliis beneficia temporalia & corporalia. Nobis obtinuit, ut impius Cham servaretur in Arcâ, Paulus ut omnes animæ in naufragio à morte custodirentur, Seniores Iudeorum ut filia Archifynagogi sanaretur, Chananea, ut diabolus ejiceretur. Imo salvifica dona gratie fidemque ipsam aliena intercessio amicorum DEI non raro impetrare valet, si quis enim viderit

Viderie fratrem suum peccatum non ad mortem, petet, & dabis ei
Dominus vitam 1. Iohann. 5. 16. hoc est, dabit ei fidem propriam, qua posse
apprehendere vitam, exponente D. Hunnio in Art. de Sacram. cap. 12.
pag. 196. Edit. VViteb. in OA. Cæterum longius progrediuntur
illis, qui fidem alienam ad conferendam salutem sufficere autumant,
quam sententiam olim Bernhardum tenuisse, refert Cent. Magd. 12.
col. 844. idque per exemplum fidei tantoper in Chananæ de-
prædicatæ demonstrare voluisse, indeque conclusisse, Infantes etiam
sine propria fide in fidem Ecclesiæ baptizati. Sed falsum est, nam iustus
fides vivet Habac 2. 34. Roman. 1. 18. & proprio corde creditur ad justi-
tiam Rom. 10. 10. imò solus is, Quicunque crediderit salvatur Marc. 16. 16.
Sicut n. nemo eruditus est aliena eruditione individuali, nemo vivens
aliena vitâ, ita aliena fides nemini unquam salutē conferre potest.
Et si igitur fidē à Deo aliis impetramus, discrimin tamē est inter ipsam
collationem, & fructuosam applicationem, hæc tamdiu abest, donec fi-
des propria interveniat, ideoque sola collatio, quam impetrant fi-
des, ad salutis consecutionem nihil facit, impossibile semper ma-
nere participationem spiritualium Christi beneficiorum sine pro-
pria fide fieri posse.

Errores

Ex Adversariorum Postillis collecti.

I.

Christus prius ab alia muliere superatus est, ab eā plane de-
qua dicitur, Cingulum tradidit Chananæ Proverb. 31. quo scilicet ve-
sties colligeret sibi que aptaret. Quam pulchrè Deo vestem apta-
verit humanitatis, qua habitu inventus ut homo est, quis loqui-
tur? De Chananæ dicitur, magna est fides tua, de illa vero Beata que
credidisti de hac, fiat tibi sicut vis, de illa persipientur in te, que dicta sunt tibi
à Domino, inter hac vero à Domino ei dicta unum est, esse illam
hominem.

Hominum matrem, advocatam & omnium bonorum obtentricem; hoc in
Maria quotidie perficitur, ideo ad eam accedamus. Osorius Tom. I,
Conc. Fer. & post Dom. 1. Quad. pag. 500.

II.

Es stellet vns die Evangelische Histori drey färneme Graz
wen/ als auff einem Theatro für Augen/ das Weib/welches
zwölff Jahr den Blutgang gehabt/ das heutige Cananeische
Weiblein / und Magdalena. Diese drey Weiber bedeuten
die drey Theil der Busse / das erste/welches bey ihr selbst redet
die inwendige Rew / das zweyte / welches dem HErrn nach
schreyet/die Beicht/Magdalena aber/welche Specerey mit ihr
bracht/ die Snugthuung. Bessius in Postilla à Tympio Germanice edita
Dom. 2. Quad. pag. 220. col. 2.

III.

Die Newchristen wollen das hochwürdige Sacrament
den zarten Fronleichnam Jesu Christi nicht anbeten / ihm
nicht Reverenz thun / Pfuy dich du böser Teuffel in der Hells
Ecclius in Post. Conc. 2 super Evang. de Chan.

IV.

Nie sihestu/ wie kreffig der Glaube sey gewesen/vnd wi-
er den Teuffel austrieben hat von der Tochter / die nicht ge-
genwertig gewesen / darumb dich nicht sol wundern/ daß der
Glaub der Christlichen Kirchen / die vnser Mutter ist / auch
kreffig sey / den Teuffel vom Kind zu treiben / wenn man die
exorciret vor der Tauff/vnd den Teuffel von ihm beschwert/
denn hic ist dergleichen geschehen mit der Fravnen Tochter
idem ibid.

V.

Fides quia perditur, credendo quod sola sufficiat, cum solis
fundamentis non constet domus, ideo Lutheranus eam magni-
faciens, quasi præter eam nihil aliud sit opus, perdit illam. Salmeron-
Tom. 6. fol. 129. col. 2.

VI. Fides

VI.

Fides à Christi fidelibus diligenter est servanda & custodienda, *tum* quia necessaria est ad salutem, ut bona opera sint meritoria, *tum* quia diabolus ei magis insidiatur quam bonis operibus, quia bona opera non salvant sine fide.

Discipulus de Tempore Sermo-
ne 41.

Gloria nunc solisit maneatque Dei.



94 A 7385



VD17

1. Anno regni pontificis millesimi secundae et octauies
2. Mense Iulias anno regni eiusdem
3. Anno ab incarnatione

Farbkarte #13



Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
B.I.G.																			



C A T I O

yurum

ninicæ secundæ
ive Reminiscere,

am

D U C E

S I D E

n.

GERHARDO
PROFESSORE

demiæ Jenensis Re-
Facult. Decano.

o

tore honorando,

icè

um proponit

AL THERUS
GENSIS,

Decembris.

D.C. XVII.

N Æ

TEINMANNL